

Band III., Nr. 701, Seite 183-184

Bischof Hermann von Würzburg bestätigt den zwischen dem Kloster Schöntal und dem Pleban Otto von Krautheim errichteten Vergleich über den Zehnten und das Widum der Kirche in Gommersdorf und einiges andere.

Ohne Ortsangabe, 1225. Oktober 19.

(Chr.) In nomine sancte et individue trinitatis. Amen. Hermannus, dei gratia Herbipolensis ecclesie episcopus. Nominis et officii nostri constringimur debito, statuta et federa pacis in omnibus quidem fidelibus per episcopatum nostrum, sed precipue in viris religiosus studiosius amplecti et ad perpetuum eorum vigorem omnia nostre possibilitatis munimenta prestare. Noverint igitur universi tam presentes quam futuri, quod cum inter monasterium Schoental et Ottonem plebanum de Crutheim super decimis et dote ecclesie in Gummersdorf et quibusdam aliis lis et disceptatio verteretur, tandem inter se sub talis compositionis forma unanimi consilio et pari consensu convenerunt: ut scilicet ad removendam omnem memorati plebani questionem, quam adversus cenobium movebat, ipse et quicumque successor eius annuatim de claustro accipiat quinquaginta maldra: viginti sex siliginis, quatuor tritici, si tamen ipsa mensura tritici eo anno ibidem provenerit, si autem non, siliginis, viginti maldra avene; dimidiam carratam vini, carratam feni et duo talenta Hallensium. Nos igitur ad omnem dissensionis materiam et litis occasionem inter ipsos perpetualiter tollendam, compositionis huius formam ratam et acceptam habemus. Et ne quis hanc ausu temerario infringere aut aliquo modo violare presumat, ad petitionem ipsorum, eam presenti scripto et auctoritatis nostre sigillo roboramus.

Testes huius rei sunt: Otto maior prepositus, Arnoldus decanus, Henricus custos, Albertus de Walthusen¹, Cûnradus de Kvlenberg, Arnoldus de Zabelstein, Cûnradus et Otto de Lutterberg², maioris ecclesie nostre canonici, Diehterus canonicus Novi Monasterii, Albertus notarius, Wolframms subnotarius. Laici vero: Henricus de Rotenvels, Henricus magister coquine de Rotenburg, Walpertus scultetus, Gotfridus camerarius, Albertus dapifer, Rûpertus Wolvolt, Eberswinus, Marquardus crispus et alii quam plures.

Acta sunt hec anno domini M^o. CC^o. XXV^o., indictione XIII., XIII. kalendas Novembris, episcopatus nostri anno primo.

¹Waldhausen, Buchen (Odenwald), MOS ?

²Unermittelt.

Der Textabdruck folgt dem Original.

An grün-rot-gelber Seidenschnur hängt das sehr zierlich gearbeitete bischöfliche rote Wachssiegel. Der Bischof sitzt auf einem wie gewöhnlich mit Hundsköpfen und Hundstatzen verzierten Stuhl (ohne Lehne) mit einer Fußbank, hält in der Rechten den Krummstab, in der Linken ein aufgeschlagenes, auswärts gekehrtes Buch, worauf PAX VOBIS (IS zerrieben). Umschrift: + HERMAN*nus* . DeI . GR*ati*A . WIRCEBVRGEN*sis* . ECCL*es*IE . EP*iscopu*S. (Die E teilweise gerundet, das erste N und D in Kursivform, das letzte C eckig.)

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

StA Ludwigsburg

Signatur/Titel des Originals:

B 503 I U 427

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Aussteller:

Hermann I.; Bischof von Würzburg

Ortsindex:

Collenberg, MIL

Gommersdorf Wohnplatz (2417)

Gommersdorf, Krautheim, KÜN

Kloster Schöntal Wohnplatz (2651)

Kloster Schöntal, Schöntal, KÜN

Krautheim Wohnplatz (2421)

Krautheim, KÜN

Lutterberg

Rothenburg ob der Tauber, AN

Rothenfels, MSP

Schwäbisch Hall Wohnplatz (3361)

Schwäbisch Hall, SHA

Waldhausen Wohnplatz (6018)

Waldhausen, Buchen (Odenwald), MOS

Würzburg, WÜ

Zabelstein, Michelau im Steigerwald, SW